

Aug. Aenea Anaglyphica.

In una parte.

1. Augustus prospicitur laurea decorus, aperto collo, sinisterorsum intuens. Inscriptio.

CAESAR BONT. MAX.

In altera.

Mausoleum Augusti expressum est quadrangulum. Summa cuius coronis, pinnis arcuatis oblongis, impositisq; totidem globis, ab extremo angulo utroq; in medium usq; paulatim, decenti ordine succrescentibus, ita ut superiora quaq; inferioribus quibusq; paulo quantum ad Symetriadem pertinet, emineant magis, adornatur.

Facies operis ternas Laureas coronas Lemniscis adstrictas, binosq; Lauri ramos interfixos pro ornamento in intuentem objicit. Operis utrumq; lato Victoriae duae altioribus impositae columnis, custodiam vice, cludunt, harum singulae dextris Laureas alte porrigunt, sinistris palmas habent. Inscriptum est. NOM.

ET AVG.

Nummum hunc aereum, mediocri amplitudine apud D. Antonium Augustinum sumus conspicati Roma.

In una parte.

2. Augustus conspicitur radiatus, levis uultu, aperto collo, cum uulgata epigraphe. DI-

VVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

e.ij.